Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich).

Seite 67

Quelle:
Copyright:



4. Fol. 94a - 112b.

Stimuliamoris pars II & III.

Stimuli amoris pars II. & III, quas potius fragmenta dixeris: neutra enim integra est, sed libetur. Consule supra n: 2.

5. Fol. 114a - 148a.

Liber de conscientia, seu de interiori domo.

Liber de conscientia, seu de interiori domo. Titulo caret; initium vero est: "Domus haec in qua habitamus." Plura de eo quaere in Codice CCV. n: 1.

6. Fol. 148a - 154b.

S. Bonaventura meditatio in Salve Regina.

S. Bonaventura meditatio in Salve Regina. Rubrica codicis nostri est: "Bonaventura super Salve regina"; initium: "Ad salutandum beatam virginem mariam primo debes." Extat inter Opp. S. Bonav. Lugd. 1668 Tom. VII. p. 231. ubi stimuli amoris partis tertiae cap. 19. constituit; item inter Opp. S. Bernardi edit. Mabillon: T. V. col. 749. Sed neutrum est opus. Quidam putant esse Anselmi, O. S. B. Episcopi Lucensis †. ob. 1086. uti Waddingus in vita Anselmi Lucensis, ejusque sub nomine extat in Bibl. max. P. P. Lugd. T. XXVII. p. 441. Sed omnes hos confutat Oudinus T. II. col. 722. seqq. Unde author latet anonymus.